

228*

Civitates.

Augusta.
Norimberga.
Ratisbona.
Album castrum.
Ulma.
Thenaverd.
Nordlinga.
Dunkelpuerhel.
Bibrach.

ac aliae.

*Comeatus vini a subsequentibus civitatibus
commode comparari poterit.*

Eflinga.
Stulgardia.
Scharadorff.
Herbipoli.
Bamberg.

ac aliis quam pluribus qui nec raro flumini adiacent.

*Huiusmodi comeatus omnium rerum per
subsequentia flumina quae fere omnia in
Danubium influunt comportari poterit vi-
delicet.*

Danubium.
Aenum.
Tranum.
Jser.
Istz.
Saluza.
ller.
Leech.
Vils in Bavaria.
Vils in Northan.
Jmber.
Naab.

Ut antea huiusmodi comeatus commodius ordi-
netur necesse est ut quam primum supremo magi-
stro comeatus qui a Cesarea Maiestate ordinabitur
potestas et facultas detur ut ad praedictos principes
mittat ac comeatum videat atque de pretio unus-
cuiusque rei conveniat et deinde cum opus fuerit
citra moram per proximum flumen ad subsequen-
tes civitates transportari curet ut sic de una civi-
tate in alia ac postremo ad castra comeatus per-

veniat. In omnibus autem rebus nostrae annonae
nullum lucrum aut proprium commodum, praeter
decentiam, querere debet sub gravi pena et om-
nia in foro publico vendi debent.

Pro tali autem comparatione ac acquisitione
commeatus magna summa pecuniarum non infra
centum millia florenorum supremo prefecto co-
meatus ut de ea pecunia decentem rationem reddat
consignanda erit quam summam pecuniarum dictus
praefectus una cum rationibus suis, rependere et
restituere debet, aut per ipsos magistros comeatus
pecunia propria pro comeatu expendatur vel per
alios modos et vias ordo fervetur ne defectus ul-
lus in comeatu appareat et Caesarea ac regia Maie-
stas quam primum ad talia loca ubi comeatus
esse speratur litteras mittere debeat ac petere ut
annonam et res alias pro hac expeditione et exer-
citu servare velint et ad petitionem magistri co-
meatus pro decenti pretio vendere etc.

*Ad quae loca comeatus pro exercitu reponi
debeat.*

Quamvis civitas Vienensis tamquam locus for-
tis murus propugnaculum ac consolatio contra
hunc hostem ut talis comeatus ille reponatur
idonea sit, nihilominus tamen bene perpendendum
est comeatum in unum eundemque locum nullo-
modo reponendum esse sed in alias quoque civita-
tes iusta Danubium dividendum, videlicet:

Supra Viam, Krembs, Lyngium, Patavium, 229
Ratisbonam, Verdam, Vuraam et sic deinceps ut
ad nigram sylvam et nihilominus etiam ad alias ci-
vitates quae fluminibus navigabilibus adiacent ac
Danubium influunt, unde cum necessitas postula-
verit omni tempore ad iussionem supremi magistri
comeatus usque ad exercitum et castra commode
transvehi poterit.

Comodum quoque videtur ut in talibus civitati-
bus provisio fiat ut farina paretur et pro necessi-
tate semper in promptu sit.

Item necesse est ut speciatim in castris et circa
exercitum deputetur et ordineter aliquis cui comea-
tus consignetur et praesentetur.

Item ordo quoque dari debet ut omnis comea-
tus arma, pulveres, tormentis pluribus, calciamenta
et id genus res necessariae pro exercitu sine omni
solutione telonii ad castra transvehatur.

Summe quoque necessarium esse videtur ut
quam primum tractetur quomodo et ubi naves et
arbores ad navigandum pro comeatu ad exercitum